pepulerunt, ego cum bona quoad fieri poterit fama ab
ipsis discedam, et volente Deo me vobis sistam, de ve-
stra voluntate et de statu rerum prolixiq instituen-
dum. Nam nemini accedam quod obstet vestra huma-
nitas a D. Francisco resciscet. Is mihi respondit ve-
stro nomine futurum ut meas literas premantis,
ne qua ad eos dimanet suspicio quibus summae volupta-
ti esset Bremenses in me incendere et meam istam
vocationem impedire. Interea obnixe vos oro ut in
vocatione Filii Dei mea pusilli hominis consilia ad-
juvetis, ne quid conemur nisi quod ipsi sit acceptum.
Amen. Valete fratres dilecti in Domino [illegible] Novembris
Duisburgi.

Johannes Molanus.

Senatui Ecclesiastico Heidelbergae.

Pax Christi.

Venerandi viri ut ex V. H. literis illustrissimi prin-
cipis Palatini incredibile studium promovendae pie-
tatis agnosco: ita vestrae erga me benevolentiae
pro eo honore, quo hunc angustum hominem digna-
ti estis, ex animo sincero quantas possum gratias
ago. Etsi autem non ita neq me fallit animus ut
mihi tantum laudis arrogem, illud confiteor tamen
ad scholasticas provincias, et ad fovenda puer-
tatis studia me semper miro quodam amore in-
census fuisse. Jam vero quid meo huic studio
posset esse accommodatius quam si mihi continge-
ret in ejusmodi schola vivere, quae ornata viris prae-
stantibus eruditam professionem linguarum atque ar-
tium illustret assidua interrupta pietatis exerci-
tatione. Haec omnia ornamenta cum sint isthic
in unam Academiam maximo Dei beneficio cumu-
lata, nullum est profecto praesentis vitae domicili-
um, ubi hoc ultimum spatium jam vergentis aeta-
tis lubentius consumam. Proinde non sum [illegible],
nisi piissimi principis et vestrae prudentissimo-
rum virorum vocationi valde cupiam obsequi,
cum summa alacritate, si quo jure liber et im-

85./ [= Acer. a. 7: Nr. 154]

mea ipsius potestate esse possem. Sed primum Bre-
menses nec retinere me possunt nec amittere vo-
luerunt ad scholae suae reliquias vinciendas, ea lege ut
mihi tam disciplinae severioris, quam elegantioris
doctrinae, integra potestas esset. Erant in templis
publicis tres fidei spectatae ministri, qui illic o-
mnia pura atque integra praedicabant, sed nescio qua
fatali calamitate ex illis suis sedibus expulsi sunt,
et ego efferatis hominibus objectus, qui meos ado-
lescentes in servitutem prophanae superstitionis
adigunt, meosque conatus magistratu dissimulante in-
fringunt, non possum diutius in mea functione
caste integreque versari, aut conscientiae sinceri-
tatem defendere. Quamobrem nuper cum pestilen-
tiae contagium scholam mihi et familiam dissi-
passet, arripui hanc opportunitatem, et impetra-
ta venia revisendi Rhenum dixi Coss. Danieli a
Buren, qui ante triennium senatus nomine magna
spe libertatis in Saxoniam me retraxit, ut illam con-
scientiae et gubernationis libertatem, olim mihi a
senatu factam remotis obstaculis praestaret, aut
si id non posset dimitteret, nunc me potius per oc-
casionem, et bona cum gratia quam postea revo-
catum graviore cum infamia excedere cogere-
tur. Interea (ut fit) confirmata sunt obstacula,
crevit servitus, omnia pulpita, omnes cathedras
clamosi et violenti homines occupaverunt. Illi
nil mallent retinere, caeteri jam pridem conati
sunt ejicere. Quid tandem futurum sit exspecto,
Atqui ne sic quidem si me Bremenses dimittant,
liber aliquando, et mei juris esse possim, ut me
vobis addicam. Ecce enim una cum nuncio Pala-
tini principis, huc venit vir antiqua fide et
sanctimonia, Franciscus le Clerck Livinio et Oli-
verio vestro non ignotus, mittunt eum Ecclesiae
Gallica et Germanica, quae sunt Antverpiae, pe-
tunt ut mihi vel apud Hess. vel alibi in urbe vicina
commorandi.

commorandi locum delegam. Ubi junctis mihi cooperariis de Ao 1566.
utilibus, ingenia Ecclesiae et scholarum ministerio dotata, sic
quotidie laboribus exercere, et meo more in centibus pueros,
rum me fatigans, patriae ubi praemium huius vitam haust,
hunc extremum vitae actum imperarem. Accedunt anxi,
ma Ecclesiarum necessitudinem qui non solum ego solem,
ditiorem conditionem pone postponam, sed ubi gratia
Illustrissimus Princeps Gulielmus Cliviae Ecclesiae suae amantissimus me libenter ultro absolverat, cujus ejus excellentia
obstrictus essem. Breviter intelligit vestra prudentia, me plane ancipitis animi esse. Non dubito tamen
quin Dominus Jesus, quem in epistola vestra invocatis, et cui
ego me totum dedo, pusilli hominis incerta consilia gubernaturus sit ad amplificationem gloriae suae. Poterit
fieri ut retinere me nec Brema velit et Brabantia
non possit, utrobique enim acerbos hostes metuo. Quod
si fiat, quin non obsecrem vos ultro urbe vel privatim cum aliquot adolescentibus in Ecclesiae vestrae societatem recipiatis? Sin haec aliter evenerint, ubi ubi
ero, fide, amore, invocatione, quam potero proxime me ad vos adjungam. Neque tam pro hoc honore me,
et studiis habito, quam quia ut scio ad salutem fore
adolescentibus, hac saltem in parte, per Dei gratiam
vobis fideliter serviam. Quascunque in meo seminario felices naturae plantulas nactus fuero, eas ita maturè excolam cum Deo, ut possint deinde cum aliqua
laude et gratia in vestrum optime consitum viretum, quasi quaedam germanae vitis radices transferri. Valete. 3. Idus Novembris 1566. Duisburgi.

Ecclesiae vestrae studiosissimus
Johannes Molanus.

Clarissimo Doct. Oleviano Heidelbergae 86.1

Pax Christi.

Clarissime Doctor, Franciscum tuum quando ita postulas ad me recepi, daturque operam quantum possim [=Arch. a. 7: Nr. 158]

in me